

**Un exemple illustre de clémence : Auguste et Cinna**

*Cinna, petit-fils de Pompée, prit parti contre Octave durant les guerres civiles. Or, ce dernier, devenu empereur, lui accorda son pardon à la suite d'un événement raconté ici par Sénèque. Après une longue conversation en tête-à-tête, il proposa même au jeune homme son amitié.*

Cum annum quadragesimum transisset et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium L. Cinnam, stolidi ingenii virum, insidias ei struere; dictum est et ubi et quando et quemadmodum aggredi vellet; unus ex consciis deferebat.

Constituit se ab eo vindicare et consilium amicorum advocari jussit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adulescentem nobilem, hoc detracto integrum, Cn. Pompei nepotem, damnandum. Gemens subinde voces varias emittebat et inter se contrarias: « Quid ergo? ego percussorem meum securum ambulare patiar me sollicito? Ergo non dabit poenas, qui tot civilibus bellis frustra petitum caput, tot navalibus, tot pedestribus proeliis incolume, postquam terra marique pax parata est, non occidere constituat, sed immolare? ». Rursus silentio interposito, majore multo voce sibi quam Cinnae, irascebatur: « Quid vivis, si perire te tam multorum interest? ».

Interpellavit tandem illum Livia uxor et: « Admittis, inquit, muliebre consilium? Fac quod medici solent, qui, ubi usitata remedia non procedunt, temptant contraria. Severitate nihil adhuc profecisti; nunc tempta quomodo tibi cedat clementia: ignosce L. Cinnae. Deprehensus est; jam nocere tibi non potest, prodesse famae tuae potest ».

Uxori quidem gratias egit; renuntiari autem extemplo amicis, quos in consilium rogaverat, imperavit et Cinnam unum ad se arcessivit, dimissisque omnibus e cubiculo, cum alteram Cinnae poni cathedram jussisset: « Hoc, inquit, primum a te peto ne me loquentem interpelles, ne medio sermone proclames; dabitur tibi loquendi liberum tempus ».

Sénèque, *De Clementia*

Quadragesimus, a, um	quarantième	Petitus, a, um	visé, recherché
Transisset	sujet : Auguste	Incolumis, is, e	ici : qui a échappé à
Indicium deferre + inf.	rapporter (que), faire une dénonciation	Interest + gén.	il est dans l'intérêt de (qqn)
Cinna, ae m.	Cinna	Procedo, ere	ici : avoir du succès, réussir
Stolidus, a, um	stupide, borné	Proficio, ere	ici : obtenir
Struo, ere	préparer	Cedo, ere	ici : réussir
Deferebat (indicium)		Renuntio, are + dat.	donner contordre à
Constituit	sujet : Auguste	Extemplo = statim	
Se vindico, are ab + abl.	se venger de	Cathedra, ae f.	la chaise
Hoc detracto (abl. abs.)	abstraction faite de ce complot		
Damnandum (esse)			
Subinde	de temps à autre		
Percussor, oris m.	l'assassin		
Me sollicito = ablatif absolu			
Dare	ici : subir		
Qui... : constr. = qui constituat non occidere sed immolare...			